

## FERIA QUINTA

*In I. Nocturno*De libro Apocalypsis beati Joannis  
Apostoli.*Lectio I. Cap. 15.*

**E**T vidi aliud signum in celo magnum et mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem novissimas : quoniam in illis consummata est ira Dei : Et vidi tamquam mare vitreum mixtum igne, et eos qui vicerunt bestiam, et imaginem ejus, et numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei ; et cantantes eanticum Moysi servi Dei, et canticum Agni, dicentes : Magna et mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens : justæ et veræ sunt viæ tuæ, Rex sacerorum. Quis non timet te Domine, et magnificabit nomen tuum ? quia solus pius es : quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt.

*Lectio II.*

**E**T post hæc vidi, et ecce aper-tum est templum tabernaculi testimoniij in celo : et exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo et candido, et præcipiti circa pediora zonis aureis. Et unum de quatuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in sæculorum. Et impletum est templum fumo à majestate Dei, et de virtute ejus : et nemo poterat introire in templum, donec consummaretur septem plagæ septem Angelorum.

*Lectio III.*

**E**T audivi vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis. Ite, effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit

primus, et effudit phialam suam in terram : et factum est vulnus saevum et pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ, et in eos qui adoraverunt imaginem ejus. Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, et factus est sanguis tanquam mortui : et omnis anima vivens mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina, et super fontes aquarum, et factus est sanguis. Et audivi Angelum aquarum dicentem ; Justus es Domine, qui es et qui eras Sanctus, qui haec judicasti. Quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt et sanguinem ei dedisti. bibere : digni enim sunt.

*In secundo Nocturno.**Lectio IV.*

Sermo sancti Augustini Episcopi.  
Serm. 63. Cap. 20. de consonantia  
Evangelistarum.

**S**ICUT Maria sine carnali concupiscentiâ. Mater, sic Josephine carnali commixtione Pater. Nec eum proprieâ separamus, quia defuit carnalis concupiscentiâ. Major puritas confirmet paternitatem, ne ipsa sancta Maria nos reprehendat. Illa enim nomen suum præponere noluit marito suo ; sed dixit : Pater tuus et ego, dolentes quærebamus te. Non ergo faciant perverxi murmuratores, quod conjux casta non fecit. Numeremus erga per Joseph : quia sicut castè maritus, sic castè Pater est. Sed præponamus virum feminæ ordine naturæ et legis Dei. Nam si remoto illo illam constituamus : dicit ille, et requæ dicit : Quare me separatis ? Quare non per me generationes vel ascendunt, vel descendunt ? Ad dicunt ei : quia tu non genuisti opere carnis tui. Sed respondebit : Nunc quid et illa opere carnis suæ nenerit ?